



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Alia Charta Edgari Regis, Qva Nvlllos Vnqvam Fvisse Perhibet in  
Vvintoniensi hoc coenobio monachos, ante hos quos ipse iam introduxit e  
monasterio Abingtoniensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

Ego Osgar abbas consignauī.  
 Ego Orobyrihe abbas.  
 Ego Ælftan abbas.  
 Ego Adelgar abbas primus huic loco abbas ordinatus.  
 Ego Ofdgar dux.  
 Ego Æthelstan dux.  
 Ego Athelvine dux.  
 Ego Æthelvveard m.  
 Ego Ælfvveard m.  
 Ego Vvulrtan m.

Omnes qui nominatim huic priuilegio regis iussu descripti videntur, posteritatis nostræ profapiam subnixæ deposcimus, vt manuum nostrarum vadimonium Christi cruce firmatum nequaquam violantes irritum faciant: si successorum quispiam humilitatis ausu violare præsumpserit, corporis & sanguinis Iesu Christi participatione priuatus, perpetua damnatus perditione, anathema sit, nisi diuino propitiante respectu ad humilem satisfactionem resipiscens conuersus fuerit.

---

 ALIA CHARTA EDGARI REGIS, ANNO CHRISTI 967.

*QVA NVLLOS VNQVAM FVISSE PERHIBET  
 in Vvintoniensi hoc cænobio monachos, ante hos quos ipse iam  
 introduxit e monasterio Abingtoniensi.*

**A**NNVENTE Altithroni moderatoris imperio totius Albionis triniatim potitus regimine, non immemor ob hoc mihi recidiua fore concessa, vt his strenue æterna lucrarer: quapropter ego Edgar totius Britanniaë basileus, quasdam villas, vt nominentur, Dunkitone habens quinque hydas terræ, & ecclesiam Sueyse, cum viginti octo hydīs terræ, & ecclesiam Titlescumbe cum decem hydīs terræ, & quamdam ruris portionem, duos videlicet cassatos terræ, loco qui celebri Vvinterburna nuncupatur vocabulo, do & concedo in puram & perpetuam elemosynam nouæ Vvintoniensi ecclesie beato Petro apostolorum principi dicatæ, nec non sancto Edotio, cuius reliquie inibi miraculis clarescunt, cum omnibus vtensilibus, pratis videlicet, pascuis, riuulis, æterna largita sint hereditate perspicuis, vt canonicos qui incorrigibiles perdurarent

rent de ecclesia dicta eieci, monachos de Abundonie loco substitui. Sint autem prædictæ villæ, rus, mansiones, terræ riuuli, omni terrenæ seruitutis iugo liberæ in perpetuum, tribus exceptis, rata videlicet expeditione, pontis arcive restauratione. Si quis autem hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre voluerit, priuatus consortio sanctæ Dei ecclesiæ æternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicitibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum.

ANNO  
CHRISTI  
967.

CONCILIVM RAVENNATENSE  
IN CAUSA DISCIPLINÆ ECCLESIASTICÆ  
celebratum, anno Domini DCCCCLXVII. tempore  
Ioannis papæ XIII.

## NOTA.

\* *Concilium.* ] De hac Synodo fit mentio apud Reginonem his verbis: *Otto imperator ubi natalem diem Domini Roma celebrasset, Rauennam profectus est una cum Ioanne Romano pontifice, ubi, celebrato paschate, plurimos ex Italia & Romania episcopos coadunauit, & habita Synodo multa ad utilitatem sanctæ ecclesiæ adinuenit. Et apostolico Ioanni urbem & terram Rauennatium, aliaque complura, multis retro temporibus Romanis pontificibus ablata, reddidit: (vel potius restitutionem iam ante factam confirmauit) eumque inde Romam cum magna letitia remisit.* Hæc apud Reginonem.

Causa &  
locus Con-  
cili.CIRCA  
ANNVM  
CHRISTI  
967.

LEGES ECCLESIASTICÆ  
REGIS EDGARI,

VT PER SE HABENTVR IN SAXONICO LIBRO,  
a sæcularibus disiunctæ, & a Lambardo versæ.

## TITVLI CAPITVLORVM.

- |   |  |
|---|--|
| I. De immunitate ecclesiæ, & debitis eidem reddendis. | III. De decimis.                           |
| II. De censu ecclesiastico, siue primitiis seminum.   | IV. De denario in domos singulas imposito. |
|   | V. De diebus festis & ieiunio.             |

Concil. Tom. 25.

T